



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Legum obseruatio. 56

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

tere, vt disciplinam Seminarij, prouidenter constitutam, temerè infringamus; & cum dicto, hominem à se amisit.

LVI. Legum observatio.

Idem institutum inter ipsos quoque contubernij sui socios retinuit; vt reductus ambulatum ab assignati comitis latere nunquam abiret; neque alteri, quàm cui præfectus iussisset, adiungeretur. Et comitem hunc ipsum plerumque inducebat, vt coronarias preces B. Virgini vterque simul conciperent; easque de via alterni recitarent. A quo consilio si socium fortè ab horrentem nactus fuisset; tum demùm à præfecto postulatum, vt lego solutus, cum alio aliquo componeretur. Certè autem nunquam

pet-

pern
culis
de p
ueni
ipso
tuni
infe
vult
& a
nihil
ban
è ci
ctar
tam

I A
N
præ
fera
tru
bal

VBALDINI. 119

permisit, vt commilitones in circulis, quibus ipse adesset, seciùs de præsidum scitis, quàm conueniebat, loquerentur. In quo ipso argumento, si quis importunior obstreperet, nec placare infensum ipse posset, adstabat vultu ad grauitatem composito: & animo aliorum conuerso, vel nihil eorum, quæ temerè effutiebantur, auscultabat; vel prorsum è circulis elapsus, ne per obtretantium contagia præsens contaminaretur, discedebat.

LVII. Morbi initia.

I Am postremò, quod indidit Natura lapidibus, vt ex alto præcipites dati, tanto incitatiùs ferantur, quanto proximè centrum attigerunt; id cõtulisse Vbalduino Gratia videtur: qui quo pro-